licet sint[r] hec omnia conspectui vestrae dignitatis vilia, mementote[s] viduae[t] paupercule in templo domini devotamente duo minuta offerentis[3]. Et interim innotescere [u]almitati vestrae largiflue[u] per has literulas et hos gerulos, hoc est Iheremiam[v] episcopum[4] et Felicem archidiaconum[5] ceterosque fideles nostros, qui in vestri sunt presentia, [w]quod unum edificavi[x] monasterium, quod adhuc in honore alicuius sancti non est dedicatum. Quocirca sublimitatem vestrae[y] dignitatis precamur, ut reliquias quas a vobis et plurimis iam probatas auxiliante Deo digne possidetis, et quibus nostra insula melius Christo favente possit inluminari[z], [a]cum his[a] nostris fidelibus dirigatis. [b]Grandia posco quidem, sed vos dare grandia nosti[b][6].

confirmetur in secula[c]. Haec omnia vestrae dignitati vilia putantes, mementote viduae pauperculae in templo Domini duos denarios offerentis, et interim innotescere vestrae largifluae almitati per has literas[d], per hos geminos nuntios, hoc est Harennam episcopum et Felicem archidiaconum, caeterosque fideles nostros, qui in nostra sunt praesentia voluimus, quod unum aedificem monasterium, quod adhuc in honorem alicuius sancti non est dedicatum. Quocirca sublimitatem vestrae dignitatis precamur, ut reliquias quas a vobis et plurimis iam probatas auxiliante Deo[e] digne possidetis, et quibus nostra insula melius in Christo favente possit illuminari, nobis cum his nostris legatis transmittere dignemini.

s) putantes mementote *M*
t) vidue *M* u–u) vestrae largiflue almitati *M* v) Ieremiam *M*
w) Volumus quod *M* (*besser:* innotescere volumus quod)
x) edifficavi *M* y) vestre *M*
z) Illuminari *M* a–a) nobis cum hiis *M* b–b) *Der Abschlusssatz fehlt M*

c) saecula *Baronius* d) litteras *Baronius* e) auxiliante Deo *von Baronius in Klammern gesetzt*

3) *Vgl. Luc. 21.2:* Vidit autem et quandam viduam pauperculam mittentem aera minuta duo.
4) *Jeremias, Bf. (von Vannes?).*
5) *Felix, Erzdiakon von Vannes.*
6) *Coelius Sedulius, Carmen paschale, ed. MIGNE PL 19, Sp. 590.*